

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber Florvm Beati Bernardi Abbatis Clarevallensis

Bernardus <Claraevallensis>

Augusta Vindelicorum, 1519

VD16 B 1923


Incipit liber secundus. De opere nostrae conditionis.

urn:nbn:de:bsz:31-62161

Liber

De sacramento altaris.	xix	De modo diligendi deū.	xxv
Q̄ impedire salutem animarū sit persequi Christum.	xx	De premio diligendi deū.	xxvi
De medio tenendo.	xxi	De statu iustorum ante aduentū domini.	xxvij
De modo corripiendi	xxij	Q̄ absq; præsentī ecclesia cœle stis gloria p̄fici nō potest.	xxviij
De lumine scientiæ.	xxiij	Expliciunt cap. secundi lib.	
De causa diligendi deū.	xxiiij		

Incipit liber secundus. De opere nostræ condi tionis. In sermone de natali domini. Cuius initium est. Magna opera dñi. Cap. I.

 N primo opere conditionis nostræ de limo terre plasmavit hominem deus: & inspiravit in faciem eius spiritum vitæ. Qualis artifex: qualis vnitor rerū: ad cuius nutum sic conglutinant sibi limus terre & spiritus vitæ: limus quidem iam ante creatus erat: quando in principio creavit deus cœlum & terram. At spiritus sane nō cōmunem sed propriā habet conditionem: nec in massa creatur: sed singulari quadā excellentia inspirat. Agnosce o homo dignitatem tuā: agnosce dignitatem cōditionis humanæ. Est tibi cū mundo corpus: sic enim decet eū qui constitutus est super vniuersam huius creature corporeę molem, aliqua ei similari ex parte: sed etiā est tibi sublimius aliquid: nec omnino comparandus es ceteris creaturis. Compacta & foederata sunt in te caro & anima: illa plasmata: hæc foederata. Sed cuius interest hæc cōmixtio? Cuius hæc vnio præstatur? Etenim iuxta sapientiā filiorū huius sæculi vbi sociantur summi inferiora: p̄ualet qui potestatem habent. & humilioribus vtuntur pro libitu suo. Conculcat fortior minus fortem. Irridet sapiens indoctū: simplicem fallit astutus: potens despicit imbecillum. Non sic in ope tuo deus: nō sic in tua cōmixtione: nō ad hoc sociasti spiritum limo. sub limem humili: dignā & excellentem creaturā abiecit & inutili massæ. Quis nō videat fratres quantum corpori præstat anima? Nunquid nō truncus insensibilis esset caro inanimata? Ab anima enim pulcritudo: ab anima incrementum: ab anima claritas visus. & sonus vocis. Denique sensus omnis ab anima est. Et quidem magna hæc coniunctio: sed si stabilis permansisset. Nunc autem licet diuino fuerit munita sigillo: ad imaginem quippe & similitudinem suam

creauit hominem deus. heu diruptū est sigillū: & vnitas dissipata. Accedens ille pessimus latro. recens adhuc sigillū fregit: & sic mutata similitudine diuina: comparatus est miser homo iumentis insipientibus. & similis factus est illis.

¶ Cap. II. De rectitudine hominis. Sup. can. ser. xxiiiij.

Secundū animū. non scdm terrenā & seculentā materiā deus hominem fecit rectū: ad imaginem quippe & similitudinem suā creauit illū. Ipse vero quemadmodū psallis. rectus dominus deus noster: & nō est iniquitas in eo. Rectus itaq; deus rectū fecit hominem similem sibi. id est sine iniquitate: sicut nō est iniquitas in eo. Porro iniquitas cordis est nō carnis viciū: vt per hoc noveris in spiritali portione tui. & nō in crassa luteaq; substantia: dei similitudinem conseruandā siue reparandā. Spūs enim est deus & eos qui volunt ei similes vel perseuerare vel fieri: oportet intrare ad cor. Atq; in spiritu id negocij actitare: vbi reuelata facie specularantes gloriā dei in eandem imaginem transformēt: de claritate in claritatem. tanq; a domini spiritu. Quanc; & corporis staturam dedit deus homini rectam: forsā vt ista corporea exterioris viliorisq; rectitudo figmenti. hominem interiorem illū. qui ad imaginem dei factus est: spiritalis suę seruandę rectitudinis amoneret: & decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius q; curuū recto corpore gerere animū: Peruersa res est & foetida: luteū vas quod est corpus de terra oculos habere sursum. cœlos libere aspicere: cœlorūq; luminaribus oblectare aspectus: spiritalē vero cœlestemq; creaturā suos econtrario oculos id est internos sensus atq; affectus: trahere in terrā deorsum. & quę debuit nutriri in croceis: herere luto tanq; vnā de suis. amplexariq; stercora. Ergo querere & sapere quę sunt super terram curuitas animę est: & e regione meditari ac desiderare quę sursum sunt rectitudo.

¶ Cap. III. De lapsu primi hominis a dignitate status sui. Super cantica sermone. xxxv.

Habitabat homo in paradiso & in loco voluptatis conuersatio eius: nihil molestię nihil indigentię sentiebat odoriferis stipatus malis: fulcitus floribus. gloria & honore coronatus: & constitutus super opera manuum plasmatoris.

E iij

Liber

Magis aut̄ ob insigne diuine similitudinis præcellerat: & erat illi fors ac societas cum plebe angelor̄. & cum omni militia cœlestis exercitus. Sed mutauit istam gloriam dei. in similitudinem vituli comedentis fœnũ. Inde est q̄ panis angelor̄ factus est fœnũ. possum in p̄sepio: appositũ nobis tanq̄ iumentis. Cibus hominis mutauit se in pabulũ pecoris homine mutato in pecus. Heu tristis & lacrimosa mutatio: vt homo paradisi accola. terre dominus: cœli ciuis domesticus domini sabaoth: frater beator̄ spiritũ & cœlestiũ cohaeres virtutũ repentina se conuersione inuenit: & p̄pter infirmitatem iacentem in stabulo: & p̄pter pecorinã similitudinem indigentem fœno: & p̄pter indomitã feritatem alligatũ p̄sepio. Agnosce tamen o bos possessorem tuũ. Cognosce peccatorem quem nõ cognouisti homo: adora in stabulo quem fugiebas in paradiso: honora p̄sepitiũ cuius contempsisti imperiũ: comede fœnũ qui panem & panem angelicũ fastidisti. Sed quẽnã causa inquis tantę deiectionis? Profecto q̄ homo cum in honore esset nõ intellexit. Quid nõ intellexit? Positus in honore nõ intellexit q̄ limus esset. honoris fastigio delectatus: hinc egregia creatura gregi admixta est: hinc bestiali similitudine dei similitudo mutata est: hinc societas cũ iumentis pro consortio angelor̄ inita est. Fugienda nobis hæc ignorantia: de qua tot milia malorũ vniuerso nostro generi puenerunt. Cauenda omni modis ne forte si adhuc sine intellectu & post vexationem inuenti fuerimus: multa plura & grauiora prioribus mala inueniant nos. Merito quidem q̄ nec vexatio dederit intellectum auditui.

¶ Cap. IIII. De affinitate animę cũ deo. Sup̄ can. ser. lxxx

Quid animę & verbo? Multũ per omnem modũ. Primo quidem q̄ naturarũ tanta cognatio est vt hoc imago illa ad imaginem sit: deinde q̄ cognationem similitudo testetur. Nempe nõ ad imaginem tantũ sed ad similitudinem facta est. In quo similis sit quærís? Audi de imagine prius. Verbũ est: veritas est: sapientia est: iusticia est: & hæc imago. Cuius iusticie / sapientię / veritatis. Est enim imago hæc iusticia de iusticia. sapientia de sapientia. veritas de veritate. quasi de lumine lumen: de deo deus. Harũ rerum nihil est anima qm̄ non est imago: est tamen earundem capax appetensq̄: & inde fortassis ad imagi

nem: celsa creatura in capacitate quidem maiestatis: in appetentia autem rectitudinis insigne preferens. Oportet namque id quod ad imaginem est cum imagine conuenire: & non in vacuum participare nomen imaginis. quemadmodum nec imago ipsa: solo vel vacuo nomine vocatur imago. De eo vero qui imago est sanctum David audivisti in psalmis canentem: nunc quidem magnus dominus noster & magna virtus eius: nunc rectus dominus deus noster & non est iniquitas in eo. ab isto recto & magno deo habet imago eius. ut & ipsa recta & magna sit habet anima que ad imaginem est. Sed dico. Nil ne ergo amplius habet imago ab anima que ad imaginem est. quia & huic magnam rectitudinem assignamus: Et plurimum. Hec ad mensuram accepit: illa ad equalitatem. An non plus hoc? Aduerte & aliud. Huic utrumque aut creatio aut dignatio contulit: illi generatio: atque id magnificentius esse non dubium est. Sed ne hoc quidem eminentius esse quis abnuat: quod cum a deo huic. illi & de deo utrumque sit: id est de dei substantia. Etenim substantialis deo imago sua. Et omnem quod eidem sue imagini impartiri videtur ambobus est substantiale non accidentale. Adhuc unum attende: in quo imago non parum eminet. Magnam & rectam ista duo. naturam a sese discrepare quis nesciat? In imagine unum sunt. Neque hoc solum unum sunt & cum imagine. Imagini enim non modo id rectum est esse: quod magnam esse sed etiam id magnam rectitudinem esse quod esse anime non ita: & magnitudo eius & rectitudo ipsius diuersimodum ab ea diuersimodum ab inuicem sunt.

¶ Cap. V. Q. rectitudinem suam anima perdere possit: magnitudinem vero non. ubi supra.

Sicut supra docui. eo anima magna est quo capax aeternorum: eo recta quo appetens supernorum: que non querit nec sapit que sursum sunt: sed que super terram. non plane est recta sed curua: cum tamen pro homini magna esse non desinat. manens utique sic aeternitatis capax. Neque etenim illius aliquando non capax erit. etiam si nunquam capiens fuerit: ut sit quomodo scriptum est. Veruntamen in imagine pertransit homo. ex parte tamen: ne si toto priuaretur: non superesset spes salutis. Nam si desinat magna esse & capax: quippe de capacitate aestimat anime magnitudo. Quid vero separare posse: cuius capax non foret? Ita que per magnitudinem quam retinet

Liber

tat, etiam per dita rectitudine, in imagine ptransit homo vno qua
 si claudicans pede, quantū vero ad rectitudinem veluti claudicans
 conturbat. Et de rectitudine quidem ex his quę dicta sunt liquet:
 q̄ diuersa & ab anima sit, & ab anime magnitudine q̄nquidem
 ea etiam nō existente, & anima manet, & magna. Verū magnitu-
 dinis animeq̄ diuersitas vnde docebitur: Nō enim inde potest vn-
 de rectitudinis animeq̄ monstrata est: cū nō sicut rectitudine ita
 & magnitudine sua priuari anima possit. Non est tamen sua ma-
 gnitudo anima. Nam etsi anima non inuenit absq̄ magnitudine
 sua: ipsa tamen & extra animā reperit. Queris vbi: In angelis. In-
 de quippe angeli vnde anime magnitudo probat: ex captu videli-
 cet æternitatis. Q̄ si eo constitit animā discrepare a rectitudine
 sua, q̄ ea carere possit, quidni æque liqueat esse diuersam: & a
 sua magnitudine quā sibi propriā vendicare nō possit. Cū itaq̄
 nec illa in omni nec ista in sola sit anima: patet vtrinq̄ indifferen-
 ter differre ab ea. Item nulla forma est: id cuius est forma. Est autē
 magnitudo forma anime: nec enim ideo nō forma quia insepara-
 bilis est ei. Hoc siquidem sunt substantiales differentię omnes: hoc
 non modo pprie, ppria: sed & ppria quędam. Hoc etiam alię in
 numerabiles formę. Non igitur sua magnitudo anima: nō magis
 q̄ sua nigredo coruus: q̄ sūus candor nix: q̄ sua risibilitas seu ra-
 tionabilitas homo: cum tamen nec coruū sine nigredine, sine can-
 dore niuem, nec hominem qui nō & risibilis sit & rationalis vnq̄
 reperias. Ita & anima & anime magnitudo, etsi inseparabiles: di-
 uerse tamen ab inuicem sunt. Quomodo nō diuersę: cum hec in
 subiecto, illa subiectum & substantia sit?

¶ Cap. Vi. De simplicitate anime. Sup. can. ser. lxxxii

Aduertat anima ex diuina ingenuitate similitudinis, inesse
 sibi illā suę substantię naturalem simplicitatem qua hoc
 est illi esse q̄ viuere: & si non q̄ bene. q̄te beate viuere
 vt sit similitudo nō æqualitas. Gradus ppinquus: gradus tamen.
 Ne: p̄ enim vnus excellentię parisue fastigij sunt: hoc habere esse
 quod viuere, & item habere hoc esse q̄ beate viuere. Ergo si ver-
 bi est illud, p̄pter sublimitatem: hoc anime p̄pter similitudinem
 (salua quidem eminentia verbi) palam est affinitas natura: palā
 anime p̄rogatiua. Et vt quod dicit planius fiat: soli deo id est esse

quod beatū esse. Atq; hoc primū & purissimū simplex. Secun-
 dum aut simile est huic: hoc videlicet habere esse quod viuere: atq;
 hoc animę est. Ex hoc etsi inferiori gradu ascendi potest. nō mo-
 do ad bene: sed etiam ad beate viuendū: non quia vel tunc sit hoc
 esse quod beatū esse illi qui eo peruenerit quatinus ita gloriatur
 pro similitudine: vt tamen pro disparitate habeat semper vnde om-
 nia ossa eius dicant. Domine quis similis tibi.

¶ Cap. VII. De gradu animę quo precessit cætera
 viuentia. Super cantica sermone. lxxxii.

Bonus animę gradus: ex quo & solo ad beatā ascendit vi-
 tam. Sunt namq; viuentia & horū genera duo: quę sentiūt
 & quę nō sentiunt. Porro insensibilibus sensibilia prefe-
 runtur. atq; vtriusq; vita qua viuūt & sentiuntur. Non stabunt pari-
 ter in gradu vno vita & viuens: multominus vita & quę sunt si-
 ne vita. Vita anima est: viuens quidem: sed nō aliunde q̄ seipsa: ac-
 per hoc nō tam viuens q̄ vita: vt pprie de ea loquamur. Inde est
 q̄ infusa corpori viuificat illud vt sit corpus de vitę p̄sentia: non
 vita sed viuens. Vnde liquet ne viuo quidem corpori id viuere es-
 se quod esse: cum esse & minime viuere possit. Multo minus quę
 vitę expertia sunt: ad hunc gradū assurgent. Sed nec omne quod
 vita dicitur vel est: continuo valebit pertingere huc. Est pecorū: est
 & arborū vita: sensu altera vigen: altera carens. At neutri tamen
 id est esse quod viuere est: cum vt quidem multorū opinio est: an-
 te in elementis q̄ vel illa in membris vel ista in ramis extiterint. At
 scdm hoc cum desinunt viuificare simul viuere cessant: sed nō &
 esse. Nequa q̄ igitur tali vitę idem esse & viuere est: quę est quan-
 do nō viuūt. Porro nihil horū quibus nō est esse quod viuere sit:
 ad bene beateq; viuendū quandoq; pficiet vel emerget: quippe q̄
 neq; in hunc inferiorem gradū potuit peruenire. Sola quę in ip̄o
 stare cognoscit anima hominis in eo dignitatis creata est vita a vi-
 ta: simplex a simplici: immortalis ab immortalī. vt non sit longe a
 summo gradu. vbi scilicet id esse quod beate viuere est. in quo so-
 lus stat beatus & solus potens rex regū & dominus dominantū.
 Accepit itaq; in sui conditione anima: etsi nō esse: posse tamen es-
 se beata: summo perinde gradui quantū licet appropians nō per-
 tingens tamen neq; enim vel ipsi hoc erit aliquando hoc esse: q̄ be-

atam esse nec quando beata erit.

¶ Cap. VIII. De immortalitate anime, vbi supra.

Immortalis est anima: & in hoc verbo similis quidem sed non æqualis. Nam in tantum superexcellit immortalitas deitatis ut apostolus dicat de eo qui solus habet immortalitatem. Quod ego reor pro eo dictum, quod solus sit natura incommutabilis deus. Vera namque & integra immortalitas, tam non recipit mutationem quam nec finem: quod omnis mutatio quædam mortis imitatio est. Omne etenim quod mutatur dum de uno ad aliud transit esse: quodammodo necesse est moriatur quod est: ut esse incipiat quod non est. Quod si tot mortes quot mutationes, ubi immortalitas est: Et huic vanitati subiecta est ipsa creatura non volens sed propter eum qui subiecit eam in spe. At tamen immortalis anima est, quoniam cum ipsi sibi vita sit, sicut non est quo cadat a se: sic non est quo cadat a vita. Verum cum constet suis affectibus mutari eam; agnoscat ita se deo immortalitate similem: ut sciat sibi deesse non modicam immortalitatis partem: soli reddens absolutam perfectamque immortalitatem, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio.

¶ Cap. IX. De libertate anime, vbi supra.

Arbitrii libertas est plane diuinum quoddam præfulgens in anima tanquam gemma in auro. Ex hac nempe inest illi inter bonum quidem & malum: nec non inter vitam & mortem: sed nihilominus inter lucem & tenebras: & cognitio iudicij, & optio eligendi. Et si qua sunt alia, quæ similiter circa anime habitum sese e regione respicere videant: nihilominus inter ipsa censorius quidam arbiter is anime oculus diiudicat & discernit: sicut arbiter in discernendo: ita in eligendo liber. Unde & liberum nominatur arbitrium: quod liceat versari in his pro arbitrio voluntatis. In homo ad præmerendum potens. Omne etenim quod feceris bonum malumve, quod quidem non facere liberum fuit: merito ad meritum reputatur. Et ut merito laudatur, non est tamen qui potuit facere mala & non fecit: sed & qui potuit non facere bona & fecit: ita malum non caret merito, tam is qui potuit non facere mala & fecit: quam qui potuit facere bona nec fecit. Vbi autem non est libertas: nec meritum. Propterea quæ sunt carentia ratione animalia nihil merentur: quia sicut deliberatione: ita & libertate carent. Sensu agunt: feruntur impetu: rapiunt appetitu. Neque enim iudicium habent quo se de-

iudicent siue regant: sed ne instrumentū quidem iudicij, id est ratio nem. Inde est q̄ non iudicant: quia nō iudicant. Quanam quippe ratione ab his ratio exigat: quā non acceperunt? Hanc vim a natura solus homo nō patit: & ideo solus inter animantia liber.

¶ Cap. X. Q̄ homo cū sit liber, tamen interueniente peccato facit se seruū. Super can. sermone. lxxxj.

Interueniente peccato patitur quandā vim homo, sed a voluntate nō a natura: vt ne sic q̄ dem ingenita libertate priuet. Q̄ enim voluntariū: & liberū. Et quidem peccato factū vt corpus quod corrumpit aggrauet animā: sed amore nō mole. Nam q̄ surgere anima per se iam nō potest quę per se cadere potuit. voluntas in causa est: quę corrupti corporis viciato ac vicioso amore languescens & iacens, amorem iusticie pariter nō admittit. Ita nescio quo prauo & mirō modo ipsa sibi voluntas peccato quidem in deterius mutata, necessitatem facit: vt nec necessitas cū voluntaria sit, excusare valeat voluntatem: nec voluntas cum sit illicita excludere necessitatem. Est enim necessitas hęc quodammodo voluntaria. Est fauorabilis quędā vis p̄mendo blandiens, & blandiendo p̄mens. Vnde sese rea voluntas, vbi semel peccato consensit: nec excutere iam per se, nec excusare tamen vlatenus de ratione queat. Voluntas enim est quę se cum esset libera seruā fecit peccati: peccato assentiendo: voluntas nihilominus est, quę se sub peccato tenet voluntarie seruiendo. Neq̄ enim nō volens voluntas tenetur: voluntas enim est. Ergo quia volens seruā se ipsa nō modo fecit sed facit. Ita anima mirō quodā & malo modo sub hac voluntaria quadā & mala libera necessitate & ancilla tenet & libera ancilla p̄pter necessitatem, libera p̄pter voluntatem, & q̄d magis mirū magisq̄ miserum est, eo rea quo libera, eoq̄ ancilla quo rea: ac per hoc eo ancilla quo libera.

¶ Cap. XI. Q̄ prima forma animę obscurari potest, sed nō exterminari. Super can. sermone. lxxxij.

Non plane anima natiuā se exiit formā sed superinduit peregrinā. Illa addita non ista perdita est: & quę superuenit obscurare ingenitā potuit: sed nō exterminare. Manet in fundamento prorsus inconcussa simplicitas, sed minime apparet duplicitate operata humanę dolositatis simulationis ypocri-

Liber

sis. Quā incongrue simplicitati duplicitas admisceat: quā indignē tali fundamento talis structura committit. Sed perseverat nihilominus in omni anima cū originali duplicitate generalis simplicitas ut de collatione confusio augeat. Perseverat eque immortalitas sed fusca & tetra: irruente tenebrosa corporeę mortis caligine. Nam etsi non privat vitę tamen beneficiū suo corpori iam nō sufficit vindicare. Quid quod ne suā quidem spiritalem dumtaxat vitam retinet sibi: Anima nempe quę peccaverit: ipsa morietur. Nonne morte ista duplici incurfante. illa qualis cūq; immortalitas quā retinet tenebrosa satis reddit & misella? Adde quę appetentia terrenorū. quę quidem omnia ad interitū sunt. densat tenebras: ita ut anima sic vivente. nil a parte aliqua nisi pallida facies. & imago quędā mortis appere cernat. Cur nō enim quę immortalis est. si milia sibi immortalia appetit & æterna. ut quod est appareat. & quod facta est vivat. Cæterū contraria sapit & querit: & mortalibus sese degeneri conversatione conformans: immortalitatis candorem quadā mortifere consuetudinis piceo colore denigrat. quod ni mortaliū appetitus immortalem mortali similem. immortalis dissimilem faciat: Fruendo mortalibus mortalitatem se induit: & vestem immortalitatis incidente mortis similitudine decoloravit non exiit.

¶ Capitulum. XII. Quę libertas etiam animę detur pari potest. sed non destrui. Vbi supra.

Quod delectat habere: id etiam perdere timet anima. & timor color est. Is libertatem dum tingit tegit: & eam nihilominus sibi reddit dissimilem. Quā dignius sua origine nihil cuperet ut nihil metueret. ac per hoc a servili timore isto ingenitā sibi defenderet libertatem: manentem in vigore & decore suo. Sed & voluntaria illa necessitas. & contraria lex inflicta membris eidem incubat libertati. & liberā naturam creaturam propriā ipsius voluntatem dum allicit. subicit servituti implens faciem eius ignominia. ita ut vel carne serviat legi peccati & nō volens. Quia ergo nature ingenuitatem morū probitate defendere neglexit: ex iusto auctoris iudicio factū est: non quidem ut libertate propria nudaret: sed tamen superindueret sicut diploide confusione sua. Et bene sicut diploide. ubi veste veluti duplicata manente li

bertate ppter voluntatem: seruilis nihilominus conuersatio neces-
 sitatem probat. Hoc de simplicitate, hoc de immortalitate animæ
 aduertere est: & nil tibi in ea si bene consideres apparebit, qd non
 sit istiusmodi similitudinis pariter & dissimilitudinis diploide ad-
 opertū. An nō diplois vbi non innata sed affixa: & quadā quasi
 acu peccati assuta est simplicitati fraus immortalitati mors, neces-
 sitas libertati? Neq; enim essentię simplicitati p̄scribit duplicitas
 cordis, nō naturę immortalitati mors, aut voluntaria peccati aut
 necessaria corporis nō arbitrij libertati necessitas voluntarię serui-
 tutis. Ita bonis naturę mala aduenticia, dum nō succedunt sed ac-
 cedunt: turpant utiq; ea nō exterminant, conturbant nō detrahūt
 Inde anima dissimilis est deo, inde dissimilis est & sibi, inde com-
 parata iumentis insipientibus, & similis facta est illis. Inde homi-
 nes tanq; vulpes duplicitatis & fraudis foueā habent, & quia pa-
 res vulpiū se fecerunt: partes vulpiū erunt.

¶ Caplm. XIII. De fiducia quam habet anima ad
 deum, Super cantica sermone. lxxxij.

Non est apud verbū ociosa animę generosa cognatio: &
 cognationis testis similitudo p̄seuerans. Dignanter admit-
 tit in societatem spiritus similem in natura. Et certe de ra-
 tione naturę, similis similem querit, super can. serm. lxxxij. Quid
 enim nō tute p̄sumat apud eum, cuius se insignem cernit imagi-
 ne, illustrem similitudine nouit? Quid inq; vereat de maiestate: cui
 de origine fiducia datur? Tantū est vt curet naturę ingenuitatem:
 vitę honestate seruare, immo cœleste decus quod sibi originali-
 ter inest: dignis quibusdā studeat morū affectuūq; venustare &
 colorare coloribus. Vt quid em̄ dormitet industria? Grande pro-
 fecto in nobis donū naturę ipsa est. Quę si minus suas exequatur
 partes nonne quod reliquū natura habet in nobis totū turbabit:
 totū quasi quadā vetustatis operiet rubigine. Id quidem iniuria
 auctori. Et utiq; ad hoc auctor ipse deus diuinę generositatis in-
 dustriam p̄petuo voluit in anima conseruari: vt semper hec in sese
 ex verbo habeat quo ammoheatur semper; aut stare cū verbo aut
 redire, si mota fuerit. Animę vero reditus, conuersio eius ad ver-
 bum reformandę per ipsum, conformandę ipsi. In quo? In carita-
 te. Talis conformitas maritat animā cum verbo, cū cui videlicet

similis est per naturā; similem nihilominus ipsi se exhibet per voluntatem, diligens sicut dilecta est. Ergo si perfecte diligit nupserit. Quid hac conformitate iocundius, quid optabilius caritate; qua fit ut humano magisterio nō contenta, per temet o anima fiducia liter accedas ad verbū, verbo constanter inhæreas, verbū familiariter per characteris consultesq; de omni re, quantū intellectu capax, tantū audax desiderio. Vere spiritalis sanctiq; connubij contractus est iste. Parū dixi contractus; complexus est. Complexus plane ubi idem velle & nolle, idem vnū facit spiritū e duobus.

¶ Cap. XIII. De incremento animę. Sup. can. ser. xxvij.

Necessesse est animā crescere ac dilatari ut sit capax dei. Porro latitudo eius dilectio eius. Nam & anima minime cū sit spiritus corporeā recipit quantitatem; tamen confert illi gratia quod negatū est a natura. Crescit quidem & extendit; sed spiritaliter. Crescit nō in substantia; sed in virtute. Crescit & in gloria. Crescit deniq; & proficit in virū perfectū; in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Crescit etiam in templū sanctū in domino. Ergo quantitas cuiuscunq; animę æstimet de mensura caritatis quā habet, ut verbi gratia quę multum habet caritatis magna est, quę parum parua, quę vero nihil; nihil. Ergo exemplo illius quę sursum est, mater nostra; hæc quoq; quę peregrinat habet cœlos suos; homines spirituales, vita & opinione conspicuos; fide puros; spe firmos; latos caritate; contemplatione suspensos. Et hi pluentes pluiant verbi salutarem; tonant increpationibus, coruscant miraculis. Hi enarrant gloriā dei, hi extenti sicut pelles super oēm terrā; legem vitę & discipline digito quidem dei scriptā, ostendunt in semetipsis, ad dandā scientiā salutis plebi eius.

¶ Cap. XV. Quę temperat nobis gratia dei. Super psalmū, qui habitat, sermone, iij.

Sicut sol iste corporeus licet bonus sit & valde necessarius; tamen & feruor si tempatus nō fuerit; infirmo capiti, & splendor infirmis oculis nocet; nec est solis culpa, sed infirmitatis; sicut etiam sol iusticie est. Vnde & dicit; noli nimium esse iustus, Non quę iusticia bona nō sit, sed quia dum adhuc infirmi sumus; oportet ipsam nobis bonā gratiā temperari, ne forte elationis aut indiscretionis viciū incurramus. Quid enim est quę incessanter orantes

supplicantesq; nō possumus ad eam quā desideramus abundantiam gratiē peruenire. Putatis quia auarus aut inops factus est deus, impotens aut inexorabilis. Absit hoc prorsus absit: sed ipse cognouit figmentū nostrū. Nō tamen ppter ea a petitione cessandum est, quia etsi nō dat ad satietatem: dat ad sustentationem, etsi cauet nobis a feruore nimio: tamen fouet nos tanq̄ mater calore suo. Sicut enim videns venientem accipitrem mater expandit alas suas vt pulli subeant & habeant tutū refugiū, sic nobis parata & quodammodo dilatato sinu, extensa est summa illa & ineffabilis pietas dei nostri.

¶ Cap. XVI. De sacramento baptismi. In sermone

In cena domini, qui sic incipit Hi sunt dies.

Sacramentū dicitur sacrum signū siue sacrum secretum. Multa siquidem fiunt ppter se tantū: alia vero ppter alia designanda: & ipsa dicuntur signa & sunt. Ad hoc enim instituta sunt oīa sacramenta, vt inuisibilis gratia signo aliquo visibili prestaret. Ad hoc eucaristię participatio, ad hoc ipse baptismus initiū sacramentorum omnium in quo complantamur similitudini mortis Christi. Quę est gratia per baptismū: Vtq; purgatio delictorum. Quis enim potest facere mundū de immundo conceptū semine nisi qui solus est mundus: & in quem peccatū nō cadit deus. Huius quidem gratię sacramentū prius erat circūcisio, vt originalis rubiginem culpe, quę manauerat a parentibus primis cultellus eraderet. Sed veniente domino qui agnus est totus suavis & mitis, cuius iugum suave & onus leue optime satis mutātū est, vt inueniā rubiginem cum vnctione spiritu sancti aqua dilueret, & acerbitas illa cessaret. Sed forte querat aliquis & dicat, Si deletū est in baptismo quod contraximus a parentibus: cur adhuc manet cupiditas & fomes & velut incentiuū quoddā peccati. Neq; enim dubiū quin a primis parentibus in nos traducta sit lex ista peccati. Omnes siquidem in peccatrice voluntate generamur, ppter ea licet inuiti, illicitos quosdā concupiscentię motus, & tanq̄ bestiales sentimus. Lauamur igitur in baptismo, quia deletur chirographū damnationis nostre: & hęc gratia nobis conferret: vt iam nō nobis concupiscentia noceat, si tamen a consensu abstineamus: atq; ita tanq̄ sanies inuete rati vlceris remouet, dum tollitur damnatio, & responsum

Liber

mortis quæ prius inde manabat. In sermone de duplici baptismo; In baptismo abrenunciantes diabolo pater cœlestis adoptat. & in regnū filij claritatis suę de potestate tenebrarū transfert. Nimirum ipsa est stola prima. quā vere cito pferre ministros paternus iubet affectus. nō oris petitionem. nec cordis desiderium expectās: sed & ipsum intellectū preueniens in benedictionibus dulcedinis. Donec voluntatis vsū. & facultatem deliberandi renatus quisq; recipiat. a caritate dei separari omnino nō poterit. Securus interim degit sub protectione & aduocatione domini dei sui nō est quod vereatur ex omnibus. At vbi sanę discretionis annos ingreditens reddi sibi. cæterorū vtiq; violentiā: nec tunc quidem formidare necesse est. sed a ppria caueat voluntate. Preter hanc enim nihil est. quod timeamus. Ipsa est quę in potestatem tenebrarū de nouo redigit: quę nos iterum subijcit mortis imperio. Cauemus pinde a ppria voluntate. tanq; a vipera pessima & nequissima: & quę sola deinceps damnare possit animas nostras.

¶ Cap. XVII. De baptismo paruulorū. In prima parte sermonis. In ramis palmarū qui sic incipit. Nō sine causa.

Qui paruulus natus est paruulos a gratia nō excludit: quia nec pietati incongruum. nec maiestati eius difficile est: vt suppleat munus gratię. quod minus in eis habet natura possibile. Super can. ser. lxxviiij. Porro infantū renatorū neminem carere meritis: sed Christi habere merita. Super cantica ser. lxxvi. Quid enim si infans pro se loqui nō potest: pro quo vox sanguinis fratris sui. & talis fratris clamat ad deū de terra: Alit & clamat nihilominus mater ecclesia. Quid tamen infans: Nonne & ipse videtur quodāmodo de fontibus saluatoris vociferari ad deum & suis vagitibus clamare: domine vim patior responde pro me: Flagitat auxiliū gratię. quia vim patitur a natura. Clamat innocentia miseri. clamat ignorantia paruuli. clamat addicti infirmitas. Ita ergo clamant hęc omnia. sanguis fratris. fides matris. destitutio miseri. & miseria destituti. Et clamat ad patrem. Porro pater se ipsum negare nō potest. Pater est. Nemo mihi dicat. quia nō habet fidem cui mater impartit suā: inuoluens illi in sacramento: quousq; idoneus fiat suo assensu euolutā percipere. An breue palliū est: vt nō possit duos cooperire: Magna est ecclesię fides.

Nūquid minor fide chananeę mulieris quā constat & filię potuisse sufficere & sibi? In eplā ad magistrū hugonem de sancto victore. Sane infantes; quia prohibente ætate non possunt habere fidem, hoc est cordis ad deū conuersionem consequenter nec salutem, si absq; baptisimi pceptione moriunt; non q; ipsi vel quando baptizant; fide omnimode careant sine qua impossibile est vel ipsos placere deo: sed saluant; & ipsi per fidem, non tamen suā sed alienā. Dignū nempe est & ad dei spectat benignitatem, vt qbus fidem ætas denegat, ppriā, gratia prodesse concedat alienā. Nec enim omnipotentis iusticia; ppriā putat ab his exigendam fidem quos nouit ppriā nullā habere culpā. Porro aliena opus est fide, cum sine sordē non nascant; aliena. Nec dubiū q; macula contracta ab alijs; aliorū quoq; fide valeat vel debeat emundari. Hęc sunt quippe iudicia diuinę iusticię. Quę cum ita sint; nullū pceptū iudicium sustinebunt regenerari de eo quod dictū est, sine fide impossibile est placere deo, cum sine fide non sint; qui in testimoniū fidei baptisimi gratiam perceperunt.

¶ Cap. XVIII. Q; sola fides absq; baptismo in necessitate sufficiat ad salutem. In prima parte eplā; ad magistrū Hugonem de sancto victore.

IN maiori ætate quisquis post vulgatū vbiq; baptisimi remedium renuerit iam baptizari generali originaliq; maculę addit, & ex pprio crimine superbię, duplicem secū portans iustissime damnatōis causam; si sic de corpore exte cōtigerit, tamen si ante exitū respuerit & voluerit & petierit baptizari sed mortis poccupatus articulo forte obtinere nequiuert. dum nō desit fides recta; spes pia; caritas sincera, ppicius mihi sit deus; quia huic ego ob solam aquā si defuerit; nequaq; omnino possum desperare salutem; nec vacuā credere fidem; nec confundere spem, nec excidere caritatem; tantū si aquam nō contemptus; sed sola (vt dixi) phibeat impossibilitas; credo sola fide hominem posse saluari, cū desiderio picipiendi sacramentū; si tamen pio adimplendi desiderio mors anticipans; seu alia quęcunq; vis inuincibilis obuauerit. Quapropter si martyriū vicem baptisimi posse implere concedit; non plane id fecit poena sed ipsa. Nam absq; ipsa quid est martyrium nisi poena; Quę ergo martyrio pstat; vt absq; vlla dubie

Liber

tate pro baptisate reputet: ipsa ita infirma & imbecillis per se erit, vt quod dare alteri valet, sola non valeat obtinere. Est prorsus sanguinis pro Christo effusio magne cuiusdam fidei indubitata probatio: non deo tamen sed hominibus. Pro certo cum aliunde martyrium nisi ex fidei merito illam obtinuerit prerogatiua, vt singulariter vice baptismi secure suscipiat: non video cur non ipsa aequae & sine martyrio apud deum tantundem possit: cui & sine martyrii probamento, proculdubio innotescit. Possit sane tantundem dixerim, quantum ad salutis pertinet obtentum: non autem ad meriti cumulū, quo indubitanter martyriū antecellit. Quid planius est quam voluntas pro facto reputet: vbi factū excludit necessitas. Quomodo is qui alie non teneri debito forte in extremis positus recollit, si desit unde persoluat: sola nihilominus poenitentia & cordis contritio obtinere veniam credit, ne tam pro eo damnet. Sic sola fides & mentis ad deum conuersio: sine sanguinis effusione & sine perfusione aquae, salutem sine dubio operatur volenti, sed non valenti prohibente articulo baptizari. Et sicut illi nulla poenitentia remittit peccatum, si cum possit non restituit ablatum, sic & huic nulla proderit fides, si cum possit non percipit sacramentum, quod quod & fidem conuincit non perfectam habere si negligit. Vera enim & plena fides vniuersa precepta complectitur. Est autem hoc vniuersum ipsumque precipuum ex preceptis. Merito ergo non fidei sed rebellis plane atque contempтор reputabit: quousque obedire renuerit

¶ Cap. XIX. De sacramento altaris. In prima parte sermonis in coena domini, cuius initium est Hi sunt dies,

Sacramentum corporis & sanguinis preciosi duo operatur in nobis vt videlicet & sensum munit in minimis: & in grauioribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis vestrum non tam sepe modo nec tam acerbos sentit motus iracundiae: inuidiae: luxuriae: aut caeterorum huiusmodi: gratias agat corpori & sanguini domini quam virtus sacramenti operatur in eo. Super can. ser. xxxiij. Habeo verbum sed in carne, & mihi opponitur veritas sed in sacramento. Angelus ex adipe frumenti saginat, & nudo saturatur grano, me oportet interim quodam sacramenti cortice esse contentum, carnis fure, literae palea, velamine fidei. Et haec talia sunt, quae gustata asferunt mortem si non de primicijs spiritus quantulumcumque accipiant condimentum. Denique absque spiritu & sacramentum ad iudicium sumit

& caro non prodest quicquid. & litera occidit & fides mortua est. Sed spiritus est qui viuificat. vt viuam in eis. At quā talibus sane abundantia spiritus pinguescant ista: nō pari omnino iocunditate sumit cortex sacramenti: & adeps frumenti: fides & spes memoria & pntia: eternitas & tps. vultus & speculū. imago dei & forma serui. Nempe in his oibus fides locuples mihi: intellectus pauper. Carne chri pascimur: vt viuamus. Caro em chri vere est cibus.

¶ Cap. XX. Quid impedire salutem animarū sit psequi Christū. In prima parte sermonis de epiphania qui sic incipit. Necessariū nobis.

Herodiana malicia & Babylonica crudelitas est. nascentem extinguere velle religionem: & allidere paruulos Israel. Si quid enim ad salutem pertinens: si quid religionis oritur: quicumque resistit. quicumque repugnat plane cum ægyptijs paruulos Israeliticæ germinis necare conat: immo cū Herode nascentem persequi saluatorem. In ser. i. de conuersione sancti Pauli. Denique si propriū sanguinem dedit in precium redemptionis animarum: nō tibi videtur grauiorem ab eo sustinere persecutionem qui suggestione maligna exemplo pnicioso scandalī occasione. auertit ab eo animas quas redemit. quā a Iudæo qui sanguinem illū fudit: Quas ego de salute animæ mee fratri illi gratias agere possum: qui mihi ppinat detractionis venenū: Merito detractores deo odibiles describunt: tanquā persecutores. Quid & is qui exemplo ad remissius agendū ceteros puocat: aut singularitate turbat aut inquietat curiositate: aut impatientia sua & murmuratione molestat: aut quocumque modo contristat spiritū dei qui in eis est. scandalizans vnū de minimis credentibus in eum nonne & hic manifeste persequi Christū: Agnoscite dilectissimi. expauescite consortia eorum qui salutem impediunt animarū: horrendū penitus sacrilegiū: quod & ipsorū videt excedere facinus: qui domino maiestatis manus sacrilegas iniecerunt. Videbat iam cessasse persecutionis tempus: sed vt palam factū est: nunquā deest persecutio Christiano. sed neque Christo. Et nunc quod grauius est ipsi Christū persequunt: qui ab eo vtiq; christiani dicunt. Amici tui deus & proximi: aduersum te appropinquauerunt & steterunt. Coniurasse videtur contra te vniuersitas populi Christiani: a minimo vsq; ad maximū. A plāta pedis vsq; ad verticem: nō est sanitas vlla. Egref

Liber

sa est iniquitas a senioribus iudicibus vicarijs tuis : qui vident re-
gere populū tuū. Non est iam dicere : sicut populus sic sacerdos ;
quia nec sic populus vt sacerdos. Heu heu domine deus : quia ipi
sunt in psecutione tua primi. qui vident in ecclesia tua primatū di-
ligere. gerere principatū. Arcem syon occupauerunt : apphende-
runt munitiones. & vniuersam deinceps libere & potestatiue tra-
dunt incendio ciuitatem. Misera eorū conuersatio : plebis tuę mi-
serabilis subuersio est. Dati sunt sacri gradus in occasionem tur-
pis lucri & questū estimant pietatem. Copiosissime siquidem pie-
tatis inueniunt in suscipienda. immo accipienda magis animarū
cura : sed hæc apud eos cura minor : & de animarū salute nouissi-
ma cogitatio est. An vero saluatori animarū grauior vlla esse po-
terit psecutio ? Inique agunt & ceteri contra Christū. multiq; sunt
temporibus nostris antichristi. Merito tamen & crudeliorem eam
senset persecutionem pro acceptis beneficijs : & grauiorem sentit
pro potestate. quā proprijs sustinet a ministris : licet alij quoq; mul-
ti contra proximoꝝ salutem multifarie multisq; modis & varijs
occasionibus agere videant. Hoc videt Christus & silet. Hæc sal-
uator patitur & dissimulat : ppter ea dissimulemus & nos quoq;
necesse est : & sileamus interim. maximeq; de p̄latis nostris. magi-
stris ecclesiarū. sic nimirū sic placet & ipsis : vt euadant nunc huma-
na iudicia : veniatq; semel iudiciū graue his qui p̄sunt. & poten-
ter patiantur tormenta potentes.

¶ Cap. XXI. De medio tenendo. In lib. ij. de consi. p̄.

IN te consistito. Non infra deijci. nō attolli supra. nō euadere
in longius : nō extendi in latius. Tene mediū si non vis pdere
modū. Locus mediū tutus est. Mediū sedes modi : & modus
virtus. Omnem extra modū mansionem : sapiens exiliū reputat.
Propterea nō est illi habitare in longo. q̄ ultra modū sit : sed ne in
lato quidem q̄ extra sit. Porro nec in alto vel imo : q̄ alterum su-
pra. alterū infra sit. Deniq; & longitudo exterminiū habere solet :
& dilatatio scissurā & altitudo ruinā. & profundū absorptōem.
Dico hoc planius : longū dico : cum sibi homo longiorem p̄mit-
tit vitam : latū. cum in superfluas animus distendit curas : altū cum
de se plus p̄sumit. profundū : cum se plus deijcit. Qui igitur longa
sibi metitur tempora misericordię : vere ingredit iter exterminiij :

transiens vite terminos p̄ductiori sollicitudine. Inde est qđ homi-
nes in p̄sentia a sefe exules per obliuionem; in alia per inanem so-
licitudinem migrant sæcula nō p̄ futura immo nec futura. Simi-
liter animus distentus in multa, multis laceretur curis necesse est.
Nempe immoderata extensio extenuationem; & extenuatio ni-
mia scissionem facit. Iam vero alta p̄sumptio; quid nisi ruinosa
p̄cipitatio est? Quid e regione nimirum pusillanimitatis deiectio; nisi
desperata quædā absorptio est? In hanc fortis nō deijcietur. Pru-
dens longioris vite nō abducat incerto. Modestus moderabitur cu-
ras; temperabit a superfluis; nō deerit necessarijs. Porro iustus al-
tiora se nō p̄sumet. Si iustus fuero non leuabo caput.

¶ Cap. XXII. De modo corripiendi. In p̄ma parte
sermo, de pascha, qui sic incipit. Accepimus ab ap̄to.

MOderata correctio omnino quoddā magnū bonū da-
tum optimū est; & q̄ habeant pauci. Videas multos sin-
cera licet intentione & benigno accedant animo; leuiter
dicere, quod grauius audiat. Volat irreuocabile verbū & quod
sanare debuerat quia mordacius forte videtur exasperat & exul-
cerat magis q̄ negligentie additur impudentia; etiam & impatien-
tia cumulat; vt qui in sordibus erat fordescat adhuc, declinans in
verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis; ac more fre-
netici, nō solū repellens; sed & mordere tentans medici manū. Mul-
tis quoq; nō suppetit verborū copia; sed p̄ sermonis inopia lin-
guam suam palato sentiunt adherere; quod & ipsum solet inter-
dum audientibus obesse nō parum. Alijs vero ad manū est abun-
dantia multa sermonis, sed que dicunt minus sapiunt, minus acce-
ptantur, & quia gratiā nō habent; minus efficacia sunt quæ lo-
quuntur. Proinde prius peccata confitearis tua; q̄ ad purganda
accedas aliena. Quotiens peccantem videris fratrem; continuo p̄-
cedere debet compassionis affectus; tanq̄ cognatus humanitati,
quippe quem concipis ex teipso. Temetipsum attende vt alij noue-
ris compati; vt arguas in spiritu lenitatis. Te ipsum considera, ne &
tu tempteris. Hic compassionis affectus multis quidem prodest
quia animus liberalis contristare quem pro se viderit anxium eru-
bescit. Sed quid agimus q̄ nonnulli dura ceruice, & attrita sunt
fronte, vt quo magis eis compatimur; tanto magis nostra & cō-

passione & patientia abutantur. Nonne sicut compatiebamur fra-
tri, ita ipsi iusticię compatiendū est: quā videmus tam impudenter
abijci: tam imprudenter puocari. Scio quia si qua in nobis est ca-
ritas: contemptū hunc dei ferre æquanimiter nō possumus. Hic
est zelus iusticię quo aduersus delinquentes accendimur tanq̃
pietate ducti: erga eam quā contemni videmus iusticiā dei. Verū-
tamen oportet vt priora sibi vendicet compassionis affectus, alio-
quin in spiritu vehementi conterimus quassatū calamū, extingui-
mus linū fumigans. Sed cum vterq; aderit, videlicet & compassio-
nis affectus, & zelus iusticię: necesse est vt assit spiritus discretio-
nis, ne forte cum oporteat hunc exhiberi, ille pcedat, & indiscre-
tio ipsa confundat vniuersa. Habeat itaq; mensurā terciū spiritū
discretionis, vt miscens apte temporibus tempora: oportune emu-
lari & nihilominus ignoscere sciat. Samaritanus sit custodiens &
obseruans: qñ oleū misericordię: qñ vinū feruoris exhibeat.

¶ Cap. XXIII. De lumine scientię. In p̃ma parte ser-
monis in vigilia dñi, cuius initiū est Hodie scietis.

Luminemus nobis lumine scientię, priusq; de huius mūdi te-
nebris exeamus, ne de tenebris transeamus ad tenebras: & te-
nebras sempiternas. Que est autē ista scientia? Profecto scire
quia venit dominus: & si qñ veniet scire non possumus. At in q̃s.
ista scientia omnium est: Quis enim nesciat vel nomine tenus fide-
lis: quia venturus est iudicare viuos & mortuos: & reddere vni-
cuiq; iuxta opera sua. Non omnium ista est: sed nec multorum. Pau-
corum est, quia re vera pauci sunt qui saluant. Putas quia illi qui
cum male fecerint letant & exultant in rebus pessimis: vel sciunt
vel recogitent, quia veniet dominus? Si dixerint ipsi tu noli crede-
re, quia qui dicit se nosse deū: & mandata eius nō custodit: men-
dax est. Nō enim ita se omni impuritate polluerent: si dominū ven-
turum scirent vel formidarent, sed vigilarent vtiq; & nō sinerent
perfodi conscientias suas. Scientia autē ista in primo operat̃ gradu
pœnitudinem, id est dolorem: vt risum in luctū, cantū in planctū,
gaudiū in mœrorem conuertat, & incipiant tibi displicere: que ve-
hementer ante placuerant, & illa specialiter horreas: que speciali-
ter appetebas. In secūdo vero gradu operat̃ correctionem, vt iam
non exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato: sed coerceas

gulam: iugiles luxuriã: superbã deprimas: & facias seruire sanctitati corpus quod iniquitati ante seruerat. Pœnitudo enim sine correctione nõ proderit. Qui enim baptizat a mortuo & iterum tangit eum: nihil proficit lauatio eius. Sed quia hæc diutius haberi nõ possunt: nisi circa se multa circumspectione mens indefessa vigilet & attendat. In tercio gradu operat sollicitudinem. vt iam incipiat sollicitius ambulare cū deo suo: & ex omni parte scrutet: ne vel in leuissima re tremende illius maiestatis offendat aspectus. In pœnitudine accendit. in correptione ardet. in sollicitudine lucet: vt interiorius & exteriorius renouet. Hic iam respirare incipit a tribulatione malorũ & dolore: & timoris magnitudinem spiritali læticia temperare. ne suorũ enormitate scelerũ abundantiori tristitia absorbeat. Hinc & si timet a iudice: sperat a saluatore. cū iam in animo timor & læticia obæquient & obuient sibi: plerũq; timor læticiã superet: læticia sapius timorem excludat: & infra sui gaudiũ concludat arcanũ. Fœlix conscientia. in qua luctamen hmoi indelenter conficit. donec quod mortale est absorbeat a vita: donec euacuetur timor qui ex parte est: & succedat læticia. qd̄ perfectũ est. quia nõ timor sempiternus: sed læticia sempiterna erit ei.

¶ Capitulum. XXIII. De causa diligendi deum.

In libro de diligendo deum.

CAusa diligendi deũ. deus est. Modus sine modo diligere. Ob duplicem causam. deũ dixerim ppter seipsum diligendum: siue quia nil iustius: siue quia nil diligere fructuosius potest. Multũ quippe meruit de nobis: qui & inmeritis seipsum dedit nobis. Quid enim melius seipso poterat dare vel ipse? Ergo si dei meritũ querit. illud est precipuũ: quia ipse prior dilexit nos. Dignus plane qui redamet: p̄sertim si aduertat quis quos quantumq; amauerit. Quid nãq; aliud faciat considerata tanta & tam indebita miseratio: tam gratuita dilectio: tam inopinata dignatio: tam inuicta mansuetudo. tam stupenda dulcedo? Quid inq; hæc omnia faciant diligenter considerata: nisi vt considerantis animũ ad se mirabiliter rapiant: vehementer afficiant: faciantq; p̄ se cõtemnere qcq̄d nisi in contemptũ horũ appeti nõ potest? Amat deus. & ex se toto amat. quia tota trinitas amat. si tamen totũ dici potest de infinito & incomprehensibili: aut certe de simplici. Intuens:

Liber

hæc credo satis agnoscit, quare deus diligendus sit: hoc est unde diligere mereatur.

¶ Cap. XXV. De modo diligendi deum.

In libro de diligendo deum.

IN fidelis mirū non est, si deum quem minus agnoscit: minus & diligit. Attamen & ipse totum ei sese debere non ignorat: quem sui totius non ignorat auctorem. Quid ergo ego, qui deum meū teneo vitæ meę: nō solū gratuitū largitorem: largissimum amministratorum: piū consolatorem: sollicitū gubernatorem: sed insuper etiam copiosissimū redemptorem: æternū conseruatorem: ditatorem glorificatorem: Illū ratio vrget & iusticia naturalis: totū se tradere illi: a quo se totū habet / & ex se toto debere diligere. mihi pfecto fides tanto plus indicat diligendū, quanto & eum me ipso pluris æstimandū intelligo. quippe qui illū non solū mei: sed sui quoq; ipsius teneo largitorem. Quod si totū me debeo pro me facto: quid addam iam & pro reffecto: Nec enim tam facile reffectus q̄ factus. At vero qui me tantū & semel dicendo fecit: in reficiendo pfecto & dixit multa & gessit mira: & pertulit dira, nec dira sed indigna. Quid ergo retribuā domino pro omnibus que retribuit mihi: In primo opere me mihi dedit: in secūdo se Et vbi se dedit: me mihi reddidit. Datus ergo & redditus me pro me debeo & bis debeo. Quid deo retribuā pro se: Nam etiam si me milies rependere possem: quid sum ego ad deū: Hinc vide q̄ modo immo q̄ sine modo a nobis deus amari meruerit: qui prior dilexit nos: tantus & tantū & gratis, tantillos & tales. En quid dixisse me memini modū esse diligendi deū sine modo diligere. Deniq; cum dilectio que tendit in deū: tendat in immensum: tendat in infinitū (nam & infinitus est deus & immensus) quis nā que so debeat esse finis nostri vel modus amoris: Quid q̄ amor ipse non fier tam gratuitus impendit, sed rependit debitus: Amat ergo immensitas, amat æternitas, amat supeminens scientię caritas. Amat deus, cuius magnitudinis nō est finis, cuius sapientię nō est numerus, cuius pax exuperat omnem intellectū: & vicem rependimus cum mensura. Diligā te domine fortitudo mea, dominus firmamentū meū & refugiū meū & liberator meus, & meū deniq; quic quid optabile atq; amabile dici potest, deus meus adiutor meus

diligam te pro dono tuo. & modo meo. minus quidem iusto: sed plane nō posse meo. Qui etsi quantū debeo nō possum: nō possum tamen ultra q̄ possum. Potero vero plus. cum plus donare dignaberis: nunq̄ tamen prout dignus habebis. Satis quantū reor apparet quonā modo deus diligendus sit.

¶ Capitulū. XXVI. De premio diligendi deū.
In libro de diligendo deum.

Non sine premio diligē deus etsi absq̄ premiū sit intuitu diligendus. vacua nanq̄ vera caritas esse nō potest. Verus amor seipso contentus est. habet premiū: sed id quod amat. Nam quicquid p̄pter aliud amare videaris: id plane amas quo amoris finis tendit nō per quod tendit. Premiū sane necdum amanti p̄ponit: amanti debetur: p̄seueranti reddit. Deum amans anima aliud p̄ter deū sui amoris premiū nō requirit. aut si aliud requirit: illud pro certo nō deum diligit. Supra dixi: causa diligendi deū deus est. Verū dixi. nam & efficiens & finalis. Ipse dat occasionem. ipse creat affectionem. desideriū ipse cōsummat. Ipse fecit vel potius factus est vt amaret. Ipse sperat amandus fecit licius: ne in vacuū sit amatus: eius amor nostrū & p̄parat & remunerat. P̄cedit benignior / rependit iustior / expectat suauior. Diues est omnibus qui inuocāt eum. nec habet tamen seipso quicq̄ melius. Se dedit in meritū: se seruat in premiū. Se apponit in refectionem animarū sanctarū: se in redemptionem distrahit captiuorū.

¶ Cap. XXVII. De statu iustorū ante aduentū domini.
in. ij. parte ser. de oībus sc̄tis. q̄ sic incipit Cū de altari illo.

Donec veniret desideratus ille qui sanguine suo deleret chirographū damnationis nostre: & flammeū extinguens gladiū aperiret credentibus regna cœlorū: nullus omnino cuiq̄ sanctorū ad ea patebat accessus: sed puiderat eis dominus in inferno ipso locū quietis & refrigerij. chaos magnū firmans inter sanctas illas animas & animas impiorū. Quis enim utiq̄ in tenebris essent: nō utiq̄ erant in pœnis: sed cruciabant impij: iusti vero consolabant. Quis enim in tenebris essent beati Iob testimonio / didicimus: qui se quoq̄ in locū tenebrosū & opertum mortis caligine phibebat iturū. Hunc ergo locū obscurū q̄dem. sed quietū: sinum Abrahæ dominus vocat: pro eo (vt arbitror)

H

Liber

q̄ in fide & expectatione quiescerent saluatoris. Abrahę enim fides tam manifeste pbata est / & approbata: vt primus ipse futurę incarnationis Christi meruisset accipere p̄missionem. In hunc ergo locū saluator descendens contriuit portas aereas: vt vectes ferreos confregit. eductosq; vinctos de domo carceris: sedentes quidem. hoc est quiescentes: sed in tenebris & in vmbra mortis: iam tunc quidem sub altare dei collocauit. abscondens eos in tabernaculo suo in die maiorū: & p̄tegens eos in abscondito tabernaculi sui. donec veniat t̄ps quo p̄cedant completo iam numero fratrū: & p̄cipiant regnū quod eis paratū est ab origine mundi.

¶ Cap. XXVIII. Q̄ absq; p̄nti ecclesia coelestis gloria perfici nō potest. Sup̄ can. ser. lxxiij.

DE statu & consummatione ecclesie finis omniū pendet. Tolle hanc: & frustra inferior ista creatura reuelatōem filiorū dei expectat. Tolle hanc: & neq; patriarchę. neq; p̄phetę aliqui consummabunt. Tolle hanc: & ipsa sanctorū angelorū pro imp̄fectione numeri sui gloria claudicabit: nec dei ciuitas de sui integritate gaudebit. Vnde ergo implebit̄ p̄positū dei: & mysteriū voluntatis eius: magnūq; illud sacramentū pietatis. Tu putas deū nostrū totam habiturū suę glorię laudem: donec veniant qui in conspectu angelorū psallant tibi. lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala. Hoc genus læticię cœli nescierunt nisi per ecclesie filios. Hoc nemo vn̄ q̄letatur qui nunq; nō letatur. Oportune post tristitiā gaudium subit. post laborem quies. post naufragiū portus. Placet cunctis securitas: sed ei magis qui timuit. Io cunda omnibus lux: sed euadenti de potestate tenebrarū iocundior. Transisse de morte ad vitam: vitę gratiā duplicat. Fœlix proinde in sua vniuersitate ecclesia: cuius omnis gloriatio impar est causę: nō pro his tantum que illi iam facta sunt: sed pro his q̄z que de illa adhuc oportet fieri.

¶ Explicit Liber secundus.

¶ Incipiunt capitula tercii lib.

Quis sit dignus p̄latione.	i	De pietate p̄latorum.	v
Quid necessariū p̄lato.	ij	Q̄ animę infirmitę oneri sunt p̄lato.	vi
De bona conscientia.	ij	De solitudine p̄latorū.	vii
De zelo p̄latorum.	iiij		viii

De doctrina prælatorum.	vij	De quorundam prælatorum crudeli ardore dominandi.	xx
Q. prælati deo obediendū sit.	ix	De suspitione & viciosa sollicitudine episcoporum.	xxi
Q. prælati contraria deo iubenti non est obediendum.	x	Q. considerato labore prælatorū minus placet honor eorum.	xxij
Q. nō inobedientia sed intentio inobedientis pensatur.	xi	De periculo prælationis.	xxiij
Q. piculose viuit absq; mgro.	xij	De acceptione personarū.	xxiij
Q. non sit vnus meriti socialiter viuere & vtiliter præesse	xij	Q. ira & nimia pietas subuertunt iudicium	xxv
Quō prælati vel prædicatores inuitati a deo ad instruendas animas.	xiiij	De diuersis gñibus ambiētū.	26
Quid cauendū sit prædicatori.	xv	De malis prælatis.	xxviij
Quomodo secure prædicat.	xvi	De prælatis qui sibi vsurpant prælationem.	xxviij
De puritate pontificum.	xvij	Q. persecutio discernit mercenariōs a pastoribus.	xxix
De clamore pauperum ad pontifices.	xvij	De iudicio prælatorum.	xxx
De supfluo habitu sacerdotū.	xix		

Incipit liber. III. Capitulū. I.

Quis sit dignus prælatione. In secunda parte epistolarū ad dominū papam Eugeniū.

Sirebus raritas precii facit: nil in ecclesia preciosius: nil ostentabilis bono vtiliq; pastore. Nempe rara avis est ista si proinde quis talis interdū reperiat: & occasio detur: confestim iniiciendę sunt manus. & totis viribus satagendū: ne qua vi: ne qua arte malicię fructuosa promotio valeat impediri. Super can. ser. xxx. Idoneus plane & dignus qui ponat custos animarū: quem pprię cura animę a cōmillarū diligentia & sollicitudine nō impedit aut retardat: dum nō querit que sua sunt: neq; quod sibi vtile est: sed quod multis. Super cantica serm. x. Si forte ad regimen animarū assumit: qui se neq; ad congaudendum sentit promptū: neq; pronū ad condolendū: talis quidem alijs nō prodest: sibi obest plurimū. Porro sese ingerere quantę impudentię est: De colloquio symonis & Iesu. Speret ergo gradū minister qui dominicū pascere gregem satagit. Pascere vero tripliciter. exemplo conuersationis: verbo prædicationis: fructu orationis. Et pascere ad mandatū Christi vt nemo sibi hunc assumat honorem: sed qui vocatus fuerit a deo tanq; Aaron. Per eum nempe si quis.

H ij